

ii. Et corporis cura habenda. Non ergo prohibendæ recre-  
ationes moderatæ, v. 14. Contra Præcisisas & Pieti-  
tas.

## DISPUTATIO XIV.

*Aphorismi ex Capite XIV.*

1. Infirmus conscientia ne temere condemnet firmum, nec firmus scandalum præbeat infirmis. Fides & charitas omnia moderetur, v. 1. seqq.
2. Regula Apostolica: ἐκαστος εἰν τῷ ἴδιῳ νοὶ πληρεΦορεῖθω, damnat implicitam fidem, omnique Syncretismo rimas oc-  
cludit, v. 5.
3. In adiaphoris potest Domino serviri etiam actionibus con-  
tradictoriis, v. 6.
4. Neque tamen ideo celebratio diei Dominicæ feriatæ est a-  
diaphora, v. 6.
5. Statio universalis omnium coram tribunalí Christi non e-  
vertit Evangelium Christi de credituris non venturis in  
judicium, Joh. III. 10.
6. Si omnis lingua debet confiteri Dominum, ergo versio Bi-  
bliorum in vernaculam linguam est necessaria, v. II.
7. Christus etiam pro damnatis & perituris est mortuus,  
v. 15.
8. Opera irregenitorum sunt peccata, v. ult.

## DISPUTATIO XV.

*Aphorismi ex Capite XV.*

1. Fides & charitas duo sunt oculi in adiaphororum usu con-  
jungendi, quorum alter sine altero conscientiam lœdere  
potest ex accidenti, v. 1.

2. Chri-